



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Georgii Calixti S. Theol. D. Et In Acad. Ivlia Primarii  
Professoris Wiederlegung Der vnchristlichen vnd  
vnbilligen Verleumbdungen/ damit Jhn D. Iacobus VVeller  
ChurSächsischer Oberhoffprediger ...**

**Calixt, Georg**

**Helmstedt**

Kolophon

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36653**

XXVI. Hæc non sunt decreta vel edicta, sed sunt  
consilia, profecta ab animo dissidia & odia detestante,  
& concordiæ flagranter cupidio. Si ab aliis proferri  
queant rectiora, & fini consequendo aptiora, illa præ-  
nosteris obtineant. Utinam verò apud omnes præpon-  
deret nullus propriæ gloriolæ amor (quamquam erro-  
ri agnito valedicere ingens gloria est, non opprobrium)  
sed amor & conatus divinæ gloriæ amplificandæ, & hu-  
manæ salutis procurandæ; & dilectio omnibus illis de-  
bita, qui *invocant Christum ex mundo corde*, sive qui eum  
<sup>2 Tim. 2,</sup>  
<sup>22.</sup> verum & unum cum Patre & Sancto spiritu Deum, ve-  
rumque hominem, suumque redemptorem & salvato-  
rem esse agnoscent, & inculpatè vivunt, sicut eam fi-  
dem professos vivere oportet.

XXVII. Qui tale desiderium & tale studium syn-  
cretismi & samaritanismi & atheismi condemnant, hoc  
ipso, quām longè absint à caritate Christianâ, & quod  
tranquillitatem publicam tum ecclesiasticam tum ci-  
vilem aversentur potius quām desiderent,  
palam produnt & orbi testatum  
relinquent.

HIERONYMVS dialogo adversus Luciferi-  
anos. *Si Ecclesiam per totum orbem diffusam non ha-  
bet Christus, aut si in Sardinia tantum habet, nimis pau-  
per factus est.*

---

HELMESTADII

In typographeo Calixtino excudit, finemque  
imposuit anno cœlo cœlo cœlo, mense Augusto  
HENNINGVS MULLERVS.